Tentamen medicum, inaugurale, de epilepsia ... / Eruditorum examini subjicit Tipping Brown.

#### Contributors

Browne, Tipping. University of Edinburgh.

#### **Publication/Creation**

Edinburgi : Apud Balfour et Smellie, academiae typographos, 1781.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/e549vw6w


#### License and attribution


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org







TENTAMEN MEDICUM, INAUGURALE, DE

# EPILEPSIA.

QUOD ANNLENTE SUMMO NUMINE, Ex Auctoritate Reverendi admodum Vici, D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P. ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

меском Amplifimi SENATUS ACADEMICI confeniu, Et nobilifimae FACULTATIS MEDICÆ decreto; PROGRADUCUCTATIS MEDICÆ decreto; summisque in medicina honoribus et privilegiis ките ет сестима сонзеquendis; Eruditorum examini fubjicit

IPPINGBROWN, Anglus,

2 alt T and ball as

Soc. Phylicae Soc. Honor et nune per secund. vices Practes Annuus.

Ad diem 25 Junit, hora locoque folicis.

Fas eft feire nortelibus omnie.

E D I N B U R G I: Apud B A L F O U R et S M E L L I E, Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXI.

TENTAMEN MEDICUM, INAUGURALE, DE

# EPILEPSIA.

#### QUOD ANNUENTE SUMMO NUMINE, Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P. ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

#### NEC NON

Amplifimi SENATUS ACADEMICI confensu, Et nobilifimae FACULTATIS MEDICÆ decreto; PRO GRADU DOCTORATUS, SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS; Eruditorum examini fubjicit

## TIPPING BROWN,

ANGLUS,

Soc. Med, Reg. Edin. Socius, Nec non

Soc. Phyficae Soc. Honor. et nunc per fecund. vices Praefes Annuus.


Ad diem 25. Junii, hora locoque folitis.

Multa facro tegit involucro Natura, nec ullis Fas est scire mortalibus omnia.

LUCRET.

E D I N B U R G I: Apud BALFOUR et SMELLIE, Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXI.



# VIRO OPTIMO SPECTATISSIMO, RADULPHO LAMBTON,

DE LAMBTON,

ARMIGERO,

PROPTER

VITÆ PROBITATEM INSIGNEM,

MORUM COMITATEM EXIMIAM, AMICITIAM DENIQUE SUMMAM

SÆPE DEMONSTRATAM,

HAS, QUALESCUNQUE SINT,

IN RE MEDICA LABORUM

PRIMITIAS,

SACRAS ESSE VOLUIT

TIPPING BROWN.

HATAMEN MED Yhe for AT A THINK TA D' (Duncan, as a small testimony of kespect & esteem) rom his Subil Friend & obliged Abl Serit. The Au recentiore certe et planius, nobis de gautis ratiocunant di vires suppeditarunt. Mareria Priano medica, studiis ei laboribus rot retorunt laudatoruna iteratio, emendata el'expolito elegantiores.

TENTAMEN MEDICUM,

INAUGURALE,

DE

# EPILEPSIA.

E PILEPSIA morbus eft, qui antiquis Graecis et medicis Romanis optime erat notus; figna enim ejus praecipua in eorum feriptis maxima cum fidelitate et diligentia notantur: Cum vero novis tot inventis anatomiam et phyfiologiam recentiores auctores locupletarunt, clarius certe et planius nobis de caufis ratiocinandi vires fuppeditarunt. Materia etiam medica, ftudiis et laboribus tot virorum laudatorum iteratis, emendata et expolita, A elegantiores,

elegantiores, pariter ac fimpliciores, medicamentorum formulas praebet. Quum vero naturae morborum, in omnibus commutationibus, obfervandae tam impigre antiqui innituerunt, horum fcripta, in hifce obfervationibus colligendis, me faepius confuluiffe, fateri haudquaquam pudet; utpote ratum, veteres, rerum eventis magis emonitos, quam ratione ductos, quae tradiderunt probaffe.

Quoídam de re medica fcriptores caeca quadam admiratione antiquitatis peccaviffe, facile concedo ; fed hodiernos iftos, qui patrum monita et praecepta omnino neglexerunt, pariter erraffe mihi faltem videtur. Felix fauftumque quidem humano generi fuiffet, fi illi, cum Hippocratem aliofque medicinae cultores inconfulte et imprudenter in omnibus laudaffent, et hi, cum imperite damnaffent, utrique curam, fidelitatem, et diligentiam, hujus medicorum facile principis \* fuiffent imitati.

#### not articodal to abbauft , s Hoca

\* Gregory's Duties of a Phylician, p. 183.

Hoc modo certa et immutanda effata habuiffemus, atque fuper haec morborum certam et validam rationem statueremus : ' Decreta enim medica haud facile recipi-' enda funt, quae non multiplex ufus fir-' maverit \*.'

Sed me veterum novorumque haec reputatio, justo longius a proposito tulit ; liceat igitur normas quas mihimet observandas in hac differtatione paranda propofui, paucis verbis memorare : In parte phyfiologica non nisi a certis anatomicorum obfervationibus, et notis manifestifque legibus corporis ratiocinari, et totum argumentum, quam fimpliciffime potuerim, tractare conatus sum. Hypotheses, utpote medicinae aeque ac philosophiae nocivas, vitandas putavi; nam quod immortalis ille Newtonus de illis praedicavit, utrique scientiae pariter applicari poteft: 'Quicquid ex 'phaenomenis non deducitur, hypothesis ' vocanda eft; et hypotheses seu metaphysicae, seu physicae, seu qualitatum ocultarum,

\* Friend, de Febribus.

rum, feu mechanicae, in philosophia experimentali locum non habent \*.'

piermique vero periodicus eff affectation

Ex dira et infigni facie, quam plerumque hicce morbus induit, fuperflitiofi irae deorum, potentiae daemonum, arti magicae, aliifque hujufmodi caufis, tribuerunt; et hinc etiam variis nominibus et inter Graecos et Romanos fuit nuncupatus <sup>†</sup>.

Nomen inter Latinos fuit morbus comitialis, quod populus a conventibus comitiis dictis statim dimittebatur, siquis adstantium epilepsia caperetur; hocce enim omen infaustum aestimaverunt. ‡.

mubrant innus mentum repencines inva-

\* Philof. nat. princip. math. fchol gener.

† Comitialis morbus etiam 'Isea 20005 dicitur, aut ob magnitudinem, unde etiam magnus vocatur morbus, aut quod facer fit, et a diis immiffus; aut quod, &c. Vid. Hippoc. praedict. L. II. fect. 2. p. 39. edit. Foefii; quo in loco, lector ille (qui vult) multas variafque, hujufce nominis, caufas perlegat. Ab aliis Herculeus dicitur; Gal. com. 6 in lib. 6. epid. appellatur etiam Morbus Lunaticus, Sonticus, Infantilis, Seleniacus, Caducus, &c. &c.

‡ Godwin's Roman Antiquities.

Interdum acceffus epilepticus tam vehemens eft, ut mortem fubitaneam inferat; plerumque vero periodicus eft affectus per circuitus, nunc certos nunc varios, rediens. Quidam opinati funt morbum huncce in his intervallis fiderum revolutiones, praecipue conjunctiones et oppofitiones, fequi\*. Hoc autem valde incertum videtur, non folum quod modum actionis explicare nequeamus, at etiam quod variae fint caufae externae et fortuitae, praeter planetarum actionem, quarum plurimae, fine ullo hujufmodi impulfu, fatis fuperque ad affectionem producendam valeant.

Paroxyfmus interdum repentinus invadit; plerumque vero antecedunt totius corporis laffitudo, capitis dolor, vertigo, oculorum hebetudo, tinnitufque aurium; mifero aegroto mens parum conftat, fomnus turbatur, metum infolitum vigil perfentifcit, dormiens horrendis infomniis infeftatur: Interdum adfunt cordis palpitatio, ventriculi

\* Mead de imperio Solis et Lunae.

ventriculi inflatio, refpiratio difficilis et interrupta; ventris obmurmuratio, tumefactio, dolor: Faeces infigniter foetidi, urina limpida, folito copiofior, nonnunquam vero fanguine tincta: Venae colli tument, et faepe infolita pulfatio fentitur in temporum arteriis. Æger fine caufa modo languefcit, modo rifu immodico concutitur: Nunc vero oculis album rubefcit, et mufcae volitantes obverfantur.

Invadit nunc ipfe paroxyfmus, interdum, haudquaquam vero femper, aura quaft frigida a corporis extremis aliave parte fentitur ad caput afcendens : \* Homo fubito convulfus concidit, vociferatur, ftertit, fpumat, circumagitur, tremit. Senfu expers jacet ; mufculi totius corporis convelluntur, praecipue faciei, vultus enim animi diverfos omnes affectus oftendit ; digiti volam verfus violenter contrahuntur ; oculi modo fixi, modo huc illuc vertuntur, dum nihil nifi album, quod infra eft, adftantibus

deunt, multum inter fe diterepant are

\* Lommii Obfervat. L. II.

bus apparet. Facies rubet, livet, imo etiam nigrefcit; fecretiones et excretiones turbantur; penis rigescens tentigine vexatur, dum semen etiam inscio emittitur; urina et faeces fine fensu elabuntur; rejicitur aliquando bilis, et fudor per univerfum corpus diffluit. Maxillae inter se contrahuntur, dentes stridore colliduntur, interdum franguntur; et sua ipsius labia atque linguam morfu petit aeger, dum per totum os fpuma fanguinea diffluat. Pulsus primo funt celeres, exiles, debiles; deinde fiunt tardiores, pleniores, justo autem debiliores: Stertor adeft horrendus, atque respiratio difficilis; demum fomnus vel potius fopor quidam mifere laborantem invadit, ex quo expergefactus ab omni signo, nisi gravitate quadam capitis, torpore et membrorum lassitudine, penitus immunis relinquitur; haec vero omnia intra diem unum et alterum gradatim evanefcunt.

Paroxysmi quidem numero signorum, vi et longitudine temporum quibus redeunt, multum inter se discrepant, pro diversis

diversis causis morbum inducentibus; pro aetatis, sexus, temperiei, etiam vivendi confuetudinis varietatibus; hanc autem, quae supra traditur, faciem accessio epileptica plerumque induit.

Plurima horum, quae memoravimus, figna, in eleganti illa et concinna hujus morbi defcriptione inveniuntur, quam posteris Lucretius reliquit ils auto \* statodal algo!

" Quinetiam fubita vi morbi faepe coactus Ante oculos aliquis noftros, ut fulminis ictu, Concidit, et fpumas agit, ingemit, et tremit artus, Defipit, extentat nervos, torquetur, anhelat Inconftanter, et in jactando membra fatigat; \*\*\*- Ubi jam morbi fe flexit caufa, reditque In latebras ater corrupti corporis humor; Tum quafi talipedans primum confurgit, et omneis Paullatim redit in fenfus, animamque receptat". *Lucret*. Lib. III.

Dum acres funt et violenti paroxyfmi, aeger per ipfa intervalla male fe habet, hebefcunt fenfus omnes, praecipue memoria; mufculi interdum contracti manent, adeo ut membra fint rigida et nonnunquam contorta. Spafmi abnormes, in quibufdam,

9

ita fanguinis circuitum impediunt, ut inflammatio, nigritudo, imo etiam gangraena et fphacelus partium inducantur, quae mufculos convulfos tegunt.

Infantes quam adolescentes hunce affectum facpius aggredi, ab omnibus conceditur; an viros seu foeminas, auctores inter se minime confentiunt. Viros facpius epilepsia laborare \* Celsus afferit; in quam fententiam † Home noster illustris incumbit; ‡ Cullenus autem celeberr. in contrariam opinionem abivit. Inter viros tam laudatos lites componere haud meum est; posterorum experientia judicet. Interdum per totam vitam manet; interdum vero paralysi, apoplexia, aut ipsa morte, subito finitur.

Cum apud nos praecipua figna perpendamus, quae in hiftoria fupra memorantur, nullus locus est dubitandi quin celeberrimi Culleni nostri definitionem omnibus aliis B anteponamus; Celfus, L. III. c. 23.

† Principia Med. 233. ‡ Cullen. Praelect.

anteponamus; est enim brevis, elegans, atque concinna, et affectionem hancce ab aliis fimilibus fatis distinguit :—-Apud *neuroses*, quae classem secundam constituunt, in ordine tertio, *spasmorum* genus quinquagesimum tertium dicitur esse

facile. anoros MUD ots LUVNOD MUNOLUDZUM ?? ul-

Cum autem alii fint morbi qui horum fignorum plurima habent, et, etiamfi haec optima definitio diagnofin in plerifque praebeat; tamen haudquaquam fupervacaneum fore habuimus, pauca fufius tradere, ut facilius ab illis epilepfia internofcatur.

Motum muscularem minuit apoplexia, epilepsia auget. In paralysi, omnes musculi affecti relaxati, et ad munera inepti, reperiuntur; ex adverso, in epilepsia semper sunt contracti atque convulsi. Convulsioni iste sopor deest, qui epilepsiam nunquam non comitatur; aeger sensus retinet, et impressiones externas sentit.

mod hae mulationes tain parce le apud

OOD.

Deplacent statilly 2

In trifmo, tetano, &c. spasmus est tonicus, aut fixus; in epilepsia vero convulsivus, vel (ut medici loqui volunt) *clonicus*, et relaxationes alternantes patitur.

Hyfteria interdum cum morbo epileptico conjungitur ; cum vero hoc non evenit, facile fecernuntur ; quod hyftericis convulfionibus laborans fenfu quodam, qui globus hyftericus dicitur, et canalis alimentarii perturbatione, afficitur ; fenfus etiam externos retinet plerumque per totum paroxyfmum ; etfi loqui nequeat, tamen quicquid agitur videt, quicquid dicitur audit ; atque vifa et audita poft paroxyfmum in mentem revocare poteft.

Hi funt praecipui morbi qui nunc in mentem veniunt epilepfiam referentes, et quos ab illa dijudicare necesse erit,

Scriptores aliqui monuerunt, ut medici cauti fint ne *epilepfia fimulata* decipiantur, et figna quamplurima, quibus fraus detegi poffit, dederunt: De his vero nunc agere, vix operae pretium videtur, non folum quod hae fimulationes tam raro fe apud nos

nos oftendant, at etiam quod figna, hanc inter et veram epilepfiam diagnoftica, apud De Haen, Van Swieten, et alios tam fuse tradantur, ut nihil addendum relictum fit.

Ex fignis plurimis hunc affectum comitantibus, morbi fedem in cerebro effe fatis liquido conftat. Caufae ejus remotae fe ad dua capita referunt; *feminium*, nempe, vel caufas praedifponentes; et poteftates nocivas, feu caufas occafionales :

Inter causas praedisponentes imprimis est annumeranda \* mobilitas quaedam cerebri, quod est potestatis animalis plane origo, quod vim nervosam in omnes corporis musculos, eos praecipue qui ad motus voluntarios conferunt, dirigit. Mobilitatem appellamus istum statum, qui spe, timore, laetitia, dolore, facillime movetur, qui irae feu gaudio maxime proclivis, qui denique

† " Colligit et ponit temere, et mutatur in horas." ‡ —" Genus varium et mutabile femper."

Mens

Turpin

\* Cullen. praelect. pract. † Horat. ‡ Virgil.

Mens autem et corpus tam arcte inter fe nectuntur, ut quodcunque hoc mutat, illam mutatione etiam afficit ; status igitur quosdam corporis invenire oportet, ex quibus haec animi mobilitas pendere possit : Hi videntur esse debilitas et plethora; talis enim mobilitas stadium vitae plethoricum, et faepe temperamentum fanguineum, comitari solet. Haereditaria epilepfia interdum fortaffe a cerebro male conformato originem ducit; plerumque vero ortum habet a statu peculiari totius compagis corporeae, ex. gr. folidarum partium mollitie, quae fere dignoscitur genarum rubore, cutis candore, aliifque temperamenti fanguinei fignis quod mobilitati maxime favet. Saepe etiam, fine ulla labe haereditaria, inducitur victu lautiore, omnibus denique causis quae plethoram gignunt. Vix quidem explicatione eget quomodo mobilitas ex plethora oriatur \*; Systematis enim tensionem, quee fibra-· rum Mens

\* Turpin.

rum motricium actioni quam maxime
faveat, intendit, et extensionem vel diftensionem vasorum ad contractionem
musculi vivi fatis esse, ab actione cordis,
quam apertissime constat.

Confuetudinis vires in corpus humanum omnibus innotuerunt; nemo igitur inficias ibit, quin confuetudine mobilitas augeatur, dum (inftar motuum quorundam) corpori naturalis fieri poffit. Haec vero feminia haudquaquam morbum inducere poffunt, nifi accedant etiam caufae occafionales, quarum ad explicationem nunc quidem tranfeundum.

Secundum Cullenum, dividuntur in I. Caufas quae cerebrum excitant, et II. Quae collapsum inferunt.

Excitantes rursus distinguuntur in

A. Caufas quae cerebrum ipfum, et
B. Quae in aliam corporis partem agunt, unde effectus ad cerebrum tranfit : Haec eft quae epilepfia fympathica feu fympathetica, illa quae idiopathica, ab auctoribus dicitur. Caufarum

Caufarum cerebrum excitantium altera fit divisio in

a. Stimulos mechanicos,

sibren ob. Acria, alle sind internation

c. Mentem irritantia,

d. Irritationem a vafis intra cranium distensis.

Et nunc de harum unaquaque causa pauca dicere oportet.

I. A. a. Stimuli mechanici funt quaecunque vi externa impulsa cerebrum laedunt; talia funt vulnera a capitis contusionibus; callositates seu excrescentiae; ipsius membranae cerebrum tegentis offisicatio \*; fanguis viscidus grumosus in finubus †; aqua in cavitatibus ‡; integumentorum vulne-

; araufas quae cerebrum excitant, et

\* • A de la Motte (v. Traité complet de Chirur• gie, tom. 2. p. 368.) narratur fe, in cadavere ju• venis, qui per octodecim annos epilepfia labora• verat, vidiffe duram matrem, ubi falcem format,
• offeis aculeis afperam.' V. etiam Van. Swieten,
qui hoc et alia hujufmodi exempla ex variis auctoribus tradidit.

† Frid. Hoffman. et Bonet. Sepulchret.

‡ Lyfons practical Effays.

Caufarum

ra; cranii depressio, qua capacitas minuatur ; denique, nodi et exoftofes venerei. mil S.I. A. b. Stimuli acres ex offium cranii carie, membranae cerebri aut \* ipfius cerebri suppuratione, eximaterie purulenta autrichorofa oriunturie Sanguis etiam in ventriculos cerebri effundi poteft, cum infareiuntur venacijugulares; nam doctus † Spon auctor eft harum venarum ramos in cadavere repilepticia adeonviscida oquadam materie obstructos fuisfe, into cylo impleri viderentur, et languinem in cerebri ventripus agit; omnium enim nemerinitie Sile'solin Urinam' fuppressam et halitum cutis impeditum inter acria posuerunt auctores; eas vero ad caufas impetum fanguinis augentes referre, mihi quidem potius videtur; nam, etfi acres fint, vix credendum est eas retentas, aeque divisas, multum dilutas, exigua qua ad cerebrum perveniunt parte per acrimoniam nocere possenuUnia versam vero plethoram quomodo inducant, utabilgxs caufa lateat, effectus notat, et confequentiam accurate cognovit. Animi af-fequentiam accurate cognovit. Indrag. Israel \* + Spon. Aphor. 19. §. 2.

explicatu simplex patet, et intellectu facil-

I. A. c. Irritationes mentales epilepfiae faepefaepius originem praebere, ex plurimis exemplis fatis liquido conftat; fed quomodo caufa cum effectu annectitur nihil fcimus. Nexum effe quendam, inter corpus et animum, mirabilem, quo, hoc dolente, ille etiam laborat, nemo inficias ibit; quis vero hujus nexus naturam habuit, aut unquam habebit, compertam ? Cerebrum certe medium eft, per quod animus in corpus agit; omnium enim nervorum pars medullaris eft communis origo, et manifefta communicatio eft inter cerebrum, medullam fpinalem, nervos, et caeteras corporis partes.

Huie autem nervorum origini, quae *fenforium commune* dicitur, mens quodammodo alligatur; hoc noviffe medico fat eft: Omnes functiones certis (etfi humano generi non compertis) legibus regi videt; experientia, etfi caufa lateat, effectus notat, et confequentiam accurate cognovit. Animi af-C fectus

fectus recter in excitantes et deprimentes dividuntur; hi defectum, illi excessum, actionis cerebri faciunt: Des animi pathematibus incitatione agentibus tantum hie loci dicendum, et postea ad causas collapsum inducentes ordine veniemus ; 11 Hud redeunt cogitatio nimia, ira, gaudium, amor prosperus, odium, et libido; et etiam visus epileptici paroxyimo correpti, qui qui dem morbum in alies haud raro inducit. Multa hujufmodi exempla ab auctoribus memorantur: Baglivius cafum tradit Iuvenis, 'in Dalmatia, graviffimis correpti convulfionibus, propterea quod infpexerat foflummodo alium juvenem, dum epilepfia erant participes. '\* rutadeuprotnos imud ' Exemplum aliud infigne hic tradere placet, quod apud MSS. notas a patre meo an. Dom. 1750, ex praelectionibus clinicis ill. viri 7. Rutherfoord depromptas accepi : <sup>6</sup> Mulier quaedam in nofocomio Edinburg. e epileptico paroxyfmo correpta fuit, in quo biup

membra

\* Bagliv. prax. med. L. I. Cap. XIV2 2. V. etiam Whytt on nervous diforders, p. 217.

membra ejus violenter contorquebantur : Mulieres aliae, illam dum morbo laboraret infpicientes, ftatim ejufmodi fignis Corripiebantur: Foeminae quinque aut fex hoc modo laborabant, et nifi reliqua a-' motae fuillent, contagio per totum fortaffe - cubiculum percurriffet; nam fana quaegue limulac aegrotam infpexillet, eadem fignasperpeffaceftios Putat Chgille Rug therfoord furorem fanaticorum, Camiffars dictorum; fimili quodam modo efferdiffufum. vi Exemplum unum et alterum meminit hominum se fanos eredentium, et talem infaniam, ridentium, qui folo furentium vilu et auditu ipli dementiae facti 

Exempla huic fimilia quotidie ante oculos obverfantur; quis, ofcitante comite, non ofcitatur? Tam valida in humano genere est ad imitationem propensitas: '\* Sola ' imitatione multa facimus, multa discimus. ' Imitatur nondum conscius infans quic-' quid

\* Bater 197.602 ig chiv mußogino Nitogond. \*V.

guid velovidit, veloaudit non Et vir adultus et fuae spontis, infeius (vel invitus, fantum adhuc imitatur, quod 2hominum quibuscum versatur, mores, et sermonis prolationem, quamvis faepe nolens, ac-' quirat. Omnem fermonem infans imitanna quadam gravida vomitu fentislib obm majoHuic quodammodo (affiniszeft altera ' illa subita et vehementior imitatio, quae dementiaed inftar; nons fingulos tantum homines, stedictotos populos, Inonnunhiquam rapuit. Hactanquam contagione, byanii animi affectus, triftes, laeri, ridiculi, 'ab unius vultu per omnia pectora dimaonantos Ardor pugnae, et pluíquam fpes victoriae, ab alacri ducis in quem confi-' dunt milites, vultu, totam aciem dicto ' citius pervadit, et omnia pectora pariter ' accendit : Jidem milites, victoria jam ' parta, unius vel ignoti hominis terrore e perculfi, turpiter terga dederunt, nulla 'auctoritate, nulla vi coercendisloiv offui

Parem esse rationem epilepsiae, quis dubitare potest? Exempla hujusmodi, quae

bs + V. Swieten comment.

## DECEPILLEPSIA. 21

ad imitationem; minime ad horrorem (ut aliis placuit) referenda' funt, apud auctores fcatent : Sauvagefius \* de muliere memorat, quae epilepfiae paroxyfino percellebatur, quoties in templum ingrederetur. Cullenus noster, in praelectionibus suis, de foemina quadam gravida vomitu femper<sup>b</sup> (dum uterum gerebat) affecta, quoties flolam quandamininfpiceret, mentionemin fecit : Hoc eveniffen patetnexis viribus limaginationis, seu ideae renovatione, haudquaquam ex metu ; nam, cum futrix vestiaria ftolam primum adduxerat, labore induendi fatigata evonuerat. Haec vero hactenus: De puero, cane vifo, epilepfia † correpto, aliifque huc spectantibus, et tam faepe citatis cafibus, repetitionem omnino fupervacaneam effe duximus, is siberrag autio

A. I. d. Denique, quaecunque diftentionem infolitam vaforum intra cranium adducunt, nempe calor nimius, exercitatio jufto violentior, evacuationes folitae fupub ajup, sentephae enterna preffae, preffae, poteffae, duare \* Nofolog. methodic. V. I. p. 583. Ed. 1768. \* V. Swieten comment.

preffae, quales funt catamenia, fluxus haemoirhoidalis, ulcerum, fonticulorum, et eruptionum exficcatio, confueta ebrietas, tumores seu offisicationes quarumvis partium liberum sanguinis motum impedientes, inter causas epilepsiam moventes numerantures be bi sutel req os sodmul is estado

A.II. Sympathicae epilepfiae caufae occafionales funt quaecunque nervos in alia corporis parte, praeter in capite, afficiunt. nempe gingivarum lin dentitione diftenfio maghaget ventriculid inteffinorumque a lacteb coagulato, ncibo potove acrido; na vermibus, materie variolofa, aut pure, da venenis, crapula, inanitione, irritationes. Etfi auram epilepticam inter figna apud morbi historiam enumeravimus; tamen hic loci fusius de hac, quasi morbi peculiari specie, tractare haud abs re videtur, atque eo magis quod hoc genus morbi apud an-s tiquos raro accidiffe apparet. Galenus \*\* memorat, se adhuc puerum semel vidiffe." potelt : quem

\* Gal. de loc. affect. lib 3. cap. 501 .1019A

quem casum verbis sequentibus narrat : ' Quale genus morbi ipfe adhuc adolefcens ' primum vidi in puero XIII. annum ac-' tatis agente ; qui fane narrabat dispositio-' nem ipfam a crure initium capere, mox 'illine recte afcendere per femur et emi-' nentes ei lumbos, ac per latus id ad cervicem, donec perveniret ad caput ; quod 'cum primum stangeret, ipfum haudquaquam fibis constare sul Interrogantibus aus tem finedicis, i quale effet quod ferebatur 'ad caput, onihil habiit qued responderet "puer bi Adiis tamen, compos mentis dicebat veluti frigidum quendam aërem ex-'iftere.' Quod ad caufam hujus figni me omnino ignorare lubenter fateor. Antiqui de eo parum perspicue loquuntur; et hodierni scriptores vix apertius ratiocinantur. \* Boerhaavius nimiae nervorum mobilitati aferibere videtur; nam dicit, ' tolli poffe fa-"nata debilitate generis nervofi nimis facile. "movendi nel Haec autem caufa effe non, poteft; quem

\* Gal. de loc. affect. lib. 3. cap. 4801 .rodqA \*

poteft ; nam, fi ipfe nervus prius affectus filo conftringatur, fi cauterio feu cauftico uratur, fi epifpaftico vulneretur, fi denique digito tantum fortiter comprimatur, aëris (feu cujulvis fit caufae) afcentus derepente impeditur, et occurritur paroxyfmo. Nonne igitur conjectura duci licet, caufam omnino effe focalem, et ipfi nervo propriam in quo fenfatio oritur 3 Mirabile quidem fignum eft, neque ex principlis mechanicis folutionem (ut opinor) excipere queat.d supel

B. Procul dubio caufae etiam funt aliae hunc affectum gignentes, quae, ut Cullenus nofter celebert. pofuit, per collapfum agunt. Hujufinodi funt haemorrhagiae omnes immodicae; \* Inanitio, terror, effluvia ex putridis, et vapores nocivae ex † carbonibus, mercurio, et id genus aliis. Venena plurima etiam, (tefte Sauvagefio), qualia funt cicuta, hyofciamus, &c. et Venus nimia. Quaecunque caufae collapfum inducunt, vires generis nervofi minuunt. Motbi im mercurio et in minuunt.

gitur acceffio post fanguinis immodica profluvia explicationem facile excipit; quomodo autem agant odores in epilepsia, hysteria, fyncope producendis, explicatu difficillimum quidem videtur. Negat Cullenus hos agere posse feu viribus stimulantibus, feu sedantibus; propterea quod operatione sua funt dispares; quosdam enim stimulant, dum alios sedant; actionem igitur putat esse ex sensu quodam ingrato.min zo supon se

Neque hace opinio de *collapfu* omnino, hodierna eft; nam ipfi antiqui de epilepfia ex depletione, inanitione, et haemorrhagiis fcripferunt; inter alios, Galenus memorat, ' hominem quendam toties in epilepfi-' am cecidiffe, quoties tempora cibi fumendia ' differebantur.' severe nocres de semis allis. Venena

Longa hacce, etfi neceffaria, caufarum remotarum enumeratione jamjam finita, monstrare nunc oportet quomodo illae omnes ad unam producendam tendant, quae canfa proxima dicitur. Me vero hanc rem tam difficilem tentantem, pavidum et timo-

re percitum lubentifime fateor. Satis patet affectionem esse generis nervosi; quis vero de morborum causis, cerebrum et nervos afficientium, certo seu accurate dicere potest? Est quasi terra incognita, in qua quisque pro voluntate sua vagatur, et viam diligit jam factam, aut facit. Auctores de hac re multas plausibiles et populares fabulas effinxerunt ; ' haec vero omnia novi-' mus esse nihil.' Rationem igitur nostram capiemus, non nisi ex certis corporis humani legibus, et actione caufarum remotarum quas jamjam enumeravimus. Ex his caufa hujus morbi proxima videtur effe compressio cerebri, et fluidorum transmisfio inaequalis. Haec autem induci non poteft nisi accedant etiam causae externae, quales funt crapula, res venerea, exercitatio crebra feu violenta. Caufae vero externae vix, fi unquam, agere poffunt, nifi fit etiam interna, quam fupra diximus praedifpositionem; haec esse potest excrescentia ipsius cerebri, arteriarum distensio, sinus dilatati; cavitates pure, ichore, aut aqua impletae,

impletae, unde pars medullaris, et nervorum origo, pariter ac vafa fanguinea, comprimuntur; exoftofis venerea, aut cranii depressio. Apud infantes esse potest evolutio feu extenfio inaequalis vaforum cerebri; et hoc fortaffe iis accidit, qui (ut Hippocrates obfervavit) circa pubertatem a morbo liberantur, cum vafa evolvuntur. Hae omnes causae cerebro comprimendo certe agunt; fed, nisi externa etiam causa adsit, paroxyfmum haudquaquam inducunt. Quo melius opinio haecce intelligatur, ex plethorico illustrationem habemus: Ei procul dubio femper ineft caufa interna haemorrhagiarum; nunquam vero producitur fanguinis profluvium fine exceffu quodam cibi, potus, exercitationis, aut alia tali caufa, qua fanguinis aucta copia ex vafis erumpat. Si aliter effet, epilepticus convultione, plethoricus haemorrhagia continua, nunquam non laboraret.

Caufae vero pleraeque externae epilepfiae funt quae quantitatem aut motum fanguinis augent. Diaeta lauta, chyli, atque adeo

adeo fanguinis, quantitas accumulatur; potu nimio flimulante, libidine, exercitatione immodica, curfus fanguinis acceleratur, quo fit ut fenforium commune comprimatur. Evacuationes fuppreflae, nempe faeces, urina, perfpiratio, menfes, haemorthois, aut alia fanguinis profluvia, hue etiam redeunt; et his fortafle addi poffunt \* Lunae mutationes. Hae omnes impune accidunt, fi abfit caufa praedifponens; mifer autem epilepticus, nifi ab omni vitae jucunditate abftineat, fi edat, fi bibat, fi amet, fibi mortis pericufum accerfit.

exeat, cohibetut; unde fit jugularium di-

Munc autem quaerendum eft quomodo preflura cerebri inaequalis, ex caufarum internarum externarumque concurfu nata, haee figna in paroxyfmo plerumque vifa producat. Quando cerebrum et nervi inaequaliter comprimuntur, vis nervofa impeditur, et mufculi, nervos a parte cerebri comprefla recipientes, paralytici fiunt. Manum aufler obbs autom moderjor Mead de imp. Sol. et Lun. ubi argumenta pro

\* Mead de imp. Sol. et Lun. ubi argumenta pro 199 hac opinione plurima inveniunturi u

jor autem quantitas per nervos, pressurae expertes, transit ad musculos, in quibus diffunduntur; igitur ut faepius contrahantur feu convellantur necesse eft; atque adeo ut aeger concidat, tremat, et membra jactando fatiget. Ab anatomicis fane observatur, fanguinem in musculis convulsis -impediri, et Iprimum floridum, tune lividum, denique nigrum apparere : Ex hoc autem intelligimus, signa quae in facie misere laborantis cernuntur; faciei enim musculi supra alios afficiuntur. Dum muiculi contracti venas premunt, liquor earum, ne exeat, cohibetur; unde fit jugularium diobstensio insignis. b Horum signorum remisminionis, et somni istius qui paroxysmum sesiquitur, rationem nunc reddere conandum. ch Cum magna sanguinis copia in venis jugu-- laribus, partium incumbentium preffura, re--minetur, minor certe quantitas ad cor reind dit; igitur minor etiam quantitas a corde, -s per arterias carotides et vertebrales, ad cejotrebrum mittitur; adeo pressura minuitur, et aeger, pro hac faltem vice, a morbo liberatur, Dum somnus adest, sanguis per vafa

vafa cerebri aequabilis fibi et constans fluere videtur. Caufa igitur distensionis fere amota, et aegro multum jactationibus fatigato, quid mirum est fi in somnum incidat? Arteriarum cerebri fitus peculiaris huic morbi fausto decurfui quam maxime favet; arteriae enim carotidae et vertebrales circulum quendam, Willifii nominatum, cum cranium intraverint, efformant, ex quo rami quatuor seu quinque inter se communicantes oriuntur; et horum singulus quisque ramus et rami ramulus, fortaffe ad minimos, fimili modo dividitur. Propter hanc optimam et mirabilem structuram, nulla obstructio in arteriis, vel majoribus vel minoribus, diu manere potest. Sed, si fanguis in uno ramo brevi haereat, magnam tenfionem minime patietur, neque in reliquos premet, quo inflammatio aut aliae obstructionis confequentiae partes vicinas aggrediantur, fed per communicationes in aliag vafa transibit. In epilepfia igitur, externa distensione, musculis convulsis fanguinem (ut supra explicatur) impedientibus, amota, siugnal de loc. affect. L. 3. cap. 5. fanguis per

AST

languis inter vafa retentus per communicantia abit, et aeger post fomnum ab omni figno morbi, nisi inter ambulandum parvula titubatione, (quod musculi tonum sibi proprium nondum recuperaverint), immunis relinquitur.

artenae shim tarondae et vertebralepenen.

Videtur profecto de prognosi meditatio potiffimum cum ad aegri falutem, rectamque curationem, tum ad medici fidem atque dignitatem, spectare; hac potifsimum ratione, quia novisse morbum proximus est ad fanitatem gradus. Nemo fane hanc aut praesagire aut reddere affectis recte potest, qui non animadvertere genus aegritudinis quod sit, non ejus eventum omnem praenunciare, certis indiciis norit\*.

A Galeno † jure obfervatur, quod in omnibus foporofis affectibus (in quorum numero apoplexia et epilepfia continentur) periculi magnitudinem ex nocumento refpirationis, aliorumque motuum vitalium, conjicere

\* Lommijepist. ded. ad Sen. Brux. p. 8. † Gal. de loc. affect. L. 3. cap. 5.

conjicere oportet; musculi enim ad hos motus infervientes nervos a cerebello accipiunt. Prognosis autem plerumque erit infausta; nimius enim metuendi locus est, medicum nunquam fore adeo argutum, qui caufam internam accurate inveniat, aut inventae remedia applicet, fight exoftofis, cranii depreffio, ichor, pus, aut fere interna ulla alia. Varii quidem gradus funt morbi; fed cum ab ipfius cerebri vitio, aut a mala conformatione, ut in morbo haereditario oriatur, cum denique fit, quae ab auctoribus dicitur perfecta epilepfia, nemo prudens medicus curationem promitteres poteft. Interdum ex mirando illo nervorum nexu, seu sympathia cum alia pars corporis afficitur, originem ducit ; et certe epilepfia fymptomatica feu fympathica curationem absolutam accipere queat. Res quidem una atque altera in prognosi instituenda adhuc manent, duratio scilicet morbi, (ejus enim magnitudo et periculum vires eundo adquirunt), et aetas laborantis; \* Hippocrates mine practicu is Al 15h B

\* Hipp. Aph. 45. fect. 2.

In morbo tam acri; tetribili, pertinacis fanando, puid mirum medicos per totab animale, vegetabile, et foffile regna in mess dicamentis quaerendis vagatos effe do Spr-q cifica vix numeranda, de nomine l'potius quam natura morbi cogitantes invene-n runt; nalla ratione ducti, omnja quaments voja appellantur in commixtione rudi at-l que indigefta cumularunt, et omni fexui, aetati, corporis habitui, fine diferimine de-s derunt. Quis vero imbecillitatem natu--bs obnue entre mEusice internatione race \* Sauv. vol. 1. p. 581. \* Thipp. praedict. L. 2. fect. 2.

\* Hipp. Apia. 45. feft. 8.

rae humanae non dolebit, cum videt \* Hoffmannum ipfum, cujus in rebus aliis judicium tam infigne, pro specificis in epilepfia numerantem pulverem lumbricorum, cranii humani scobem, alcis ungu-lam, et sanguinem humanum. Exemplum unum credulitatis hic afferre liceat, quod ab amico nuper ex Italia redeunte accepi. Apud Italos, cum aliquis ultimo fupplicio legis afficitur, primum ei caput ictu petitur, tunc fune fuffocatur, postre-Epilepfia autem laborantes mo jugulatur. ab omni parte conveniunt, ut sanguinem potandum accipiant; hunc enim in hoc mera et vala etus tam mollia, tortuola, Hanc confuetudinem a majoribus accepiffe videntur; nam Celfus, de morbo comitiali fcribens, dicit, ' quidam jugulati gladiato-' ris calido fanguine poto, tali morbo fe ' liberarunt †.' Haec vero hactenus; nam horum omnium remediorum effectus (fi unquam profuerint) viribus imaginavinoit crepantes eadem fere symptomata

\* Hoffman. Op. tom. iii. § 2. cap. viii. § 12. \* Celf. de Medicin. lib. iii. cap. xxii.

35

tionis sunt tribuendae; de illis utpote curiofis potius quam utilibus mentionem feci. Ex supra dictis, de causis Idiopathicae seu perfectae epilepfiae, sanatio omnibus numeris absoluta vix speranda; in plerisque em, alcis talibus ars medicinæ nihil nifi curationem imperfectam præbet. Ut omnino amove-atur morbus, oportet obstructionem cerebri tollere; sed hoc difficillimum est; nam, etsi morbi sedem compertam habeamus, a unnuno tamen argumenta ex quibus naturam obstructionis intelligamus pauca sunt, et sæpe fallacia: Si vero natura obfructionis intelligatur, tamen cerebri textura adeo tenera, et vala ejus tam mollia, tortuola, complicata, ut facilius fortaffe haec perdere, quam materiem cursum fluidorum im pedientem perfrangere possemus.

Cinnabaris nativa, et arte facta, etiam antimonialia, et faepiffime hydrargyrus, a medicis fuerunt praescripta: Sed cum apud nos cogitemus, quot causae inter se immane discrepantes eadem fere symptomata gignunt, et tamen fanationem diversam postulant;

poftulant ; cum figna unde diagnofin capiamus pauca fint feu nulla, de certo morbum idiopathicum modo fanandi ignorantiam fateri, et figna graviora ut allevemus conari nos certe oportet.

Cum autem spes medendi adesse potest, indicationes quae sequentur sunt observandae.

I. Causas praedisponentes (quantum posfumus) removere,

A. Plethoram, a. Diaeta parca, b. Purgantibus, c. Sanguinis detractione, d. Fonticulis, &c.

B. Debilitatem,

119001

a. Tonicis, quae funt

1. Cortex Peruvianus,

2. Praeparata metallica,

3. Balneum frigidum.

\* Cheyne's Eng. Malady, p. 2. c. 14 9 7.

Ag

b. Aftringentibus.

II. Caufas occafionales evitare. III. Mobilitati fystematis obviam ire,

politulant com fi, zi zi zi zi zi A. Ca pramus pauca fint feu , od zhoMe. acto moibum idiopathicum mo, srsht A. Ed gnorantiam aren et figna grav, oiqO1. zallevenus conari nos certe oportet . 23 . 23

Utilitas victus parcioris in plurimis morbis, omnibus qui ren medicam coluerunt fatis innotuit; in nulla autem affectione, quam in epileptica, utilior invenitur laevis, parcus, refrigerans. Doctoris Taylor de Croydon exemplum, quod \* Cheyne narravit, quantum praestat, insigne documentum prae-Lacte folo (omni alio remedio a cebet : leberrimis istius temporis medicis laudato, frustra tentato) se ab epilepsia violente, et fere constante, liberavit, neque pane neque alia re, seu vegetabili seu animali, nisi interdum cochleari parvulo aquae paeoniae, quae lac a coagulando retineret, acceptis. Congii dimidium lactis vaccae herbilis per diem cepit, partem nempe octavam mane et nocte, et hora prandii quartam. Cum doctus 11. Mobilicasi fyftematis obviam ire.

\* Cheyne's Eng. Malady, p. 2. c. 14 § 7.

## 38 DE EPILEPISLA

tus Cheyne eum vidit, et hanc historiam ab ipso audivit, per annos septendecim a morbo omnino immunis vixerat, violentiffimam exercitationem indies impune tentaverat, pluresque liberos procreaverat: Posthac per annos septem vel octo vitam ab affectione epileptica liberam degit, et fortaffe diutius degiffet, nisi ad victum animalem rediiffet, atque adeo morbum, quo demum obiit, reduxisset. In omni vero exemplo victus omnino ex lacte, utpote justo frigidior, haudquaquam administrandus; nam potestates ad cibi concoctionem conducentes debilitare, languinem aquofum reddere, et hydropem inducere poteft; apud plerofque vero, diaeta parca ex lacte et re vegetabili numanı partibus optime conveniet.

Purgantia mitiora contra plethoram multum certe profunt; nam quantitatem fanguinis minuunt, et revulfionem a capite faciunt. In hac vero evacuatione, ut in aliis, de quibus mox dicendum, ne iteratione vires aegroto frangantur, atque inanitio inferatur, cavendum.

182 g I lov Sanguinis

+ Alpin. lib. 3. cap. 12.

Sanguinis detractio, tum topica tum universa, ut pracsens plethora tollatur saepe neceffaria; sed ejus reditui raro fi unquam occurrit. \* Sauvages duo exempla tradit, et Cullenus unum, in quibus repetitae et largae fanguinis detractiones aegrotos a morbo liberarunt : Sed, cum apud auctores exempla plurima invenimus, ubi fanguinis deorpum tractiones nimis frequentes potestatem haemapoieticam vitiaverunt, et diathefin dropicam adduxerunt; cum in alus vide mus plethoram hoc ipfo remedio auctam potius in plerisque casibus ad alia confugiendum. hydropem inducere potell ; apu

Fonticulos et ulcera, in multis corporis humani partibus, ad plurimos morbos fanandos ufus faciendi inveteravit: Hippocrates enim cauterio inuftionem faepe commendat, Themifon, et qui eum fequuti funt, eo ut ulcera facerent haud raro ufi funt; Ægyptii † etiam et Equites Arabici variarum partium inuftione morbos fuos abigunt: In nullo autem

\* Sauvag. Vol. I. p. 581. † Alpin. lib. 3. cap. 12.

autem morbo, quam in epilepfia, plura exempla horum ulcerum et fonticulorum preftantiae inveniuntur. \* Hippocrates monet, capitis ulceribus pueros a morbo comitiali fervari; et facillime adducenda funt innumera fere exempla quam efficaces funt ulcerationes, cum natura tum arte factae, hoc in morbo abigendo : Unum a + Meeckeren memoria dignum sufficiat, juvenis cujusdam epilepticis convulfionibus mifere affecti, qui post omnia medicamenta antiepileptica fruftra tentata, tandem ulcere supra suturam coronariam cauterio facto, omnino fanus dimittebatur. Ut horum effectuum explicatio pateat, hi fontes duplici modo sunt confiderandi; ut constans et minime negligenda humorum a toto fanguine evacuatio, et etiam a parte ipfa laborante detractio; nam, uti pus a sanguinis glutine praecipue formatur, quod etiam ad partem rubram efformandam plurimum fortaffe conounce of ferums upon flanding fome day

be produced from the daily . soos angin an 1917 \*\*\*\*

not furnish more of this matter thad what might

fert, necesse ch ut hujus abstractio, fanguinis molis sit etiam spoliatio. Quantitas autem seri, quae ex fonticulo perpetuo fere shuit, multo major est quam apud plerosque opinatur, uti ab experimentis doctissi \* Pringle luculenter apparet. Cum vero plenitudo vasorum saepissime morbi est causa occasionalis, nihil certe ad abundantiam fluidorum minuendam melius accommodatur quam fonticuli perpetui, quod horum usu pericula, quae alvi evacuationes et frequentes sanguinis detractiones comitantur, evitamus, anna oniomo of Fi orientes meri Supra

\* Pringle's Obfervations, in the Appendix, Exp. XLV. towards the end, where the Doctor, after obferving ' that the ferum of human blood, upon flanding but a little time in the furnace, (long before it becomes offenfive), grows turbid, and gradually drops a fediment refembling well digefted matter,' adds, that iffues are of more confequence for making drains than one could expect from the vifible evacuation. As near,' fays he, ' as I could guefs, an ounce of ferum, upon flanding fome days, did not furnifh more of this matter than what might be produced from the daily difcharge of a large pea iffue, or a feton.'

Supra omnes faciendi modos in collo infitiones prodeffe videntur, et fortaffe ipfo cauterio inuftio fupra futuram coronariam feu fagittalem interdum commode tentari poteft; nam maximo cum fructu \* Robertus Davies, chirurgus peritus, monente Pringle celeberrimo, futurae fagittali paralytici cujufdam applicavit, neque, dum applicaffet, aegrum dolorem vel minimum fentiiffe affirmatur. Interdum etiam fortaffe utile foret fluxum haemorrhoidalem adducere, quod fieri poffe myrrho, aloë, et caeteris talibus, et *fuppofitoriis* (fic dictis) ex aloë, melle, et fapone compofitis, experientia docet.

Ad debilitatem corporis tollendam poft plethoram a corpore evacuationibus amotam, tonicorum ufus omnibus innotuit : Inter tonica remedia celeberrimus eft cortex Peruvianus; fed non nifi in epilepfiis per circuitus exactos redeuntibus, et non a plethora originem ducentibus, dari oportet. Cullenus fe in tali cafu cortice femel atque iterum

\* Med. Obfervat. and Enquir. Vol. I. p. 398.

iterum abigi vidisse paroxysmum testatur. Remedium certe utilissimum est, sed potestates haudquaquam permanent; igitur statim ante accessionem quantitas haud exigua administranda.

Quod ad exercitationem, dum Scyllam aeger vult vitare, caveat ne in Charybdin incidat; nimia enim exercitatio et defidia pariter funt evitandae : Ex conftante et modica, commoda capiet omnia, fine metu periculofi iftius fluidorum aucti impetus, quae exercitationem fubitam et violentam nunquam non fequitur.

Tonica metallica in hoc morbo ufitatiffima fuerunt, et plurima diversa genera medici tentarunt : Ab ipso arfenico interne dato non abstinuerunt; sed, propter periculi magnitudinem, ad alia potius confugiendum.

A quibuídam multum laudatur stannum, fi jure, ex propria experientia nescio.

Praeparata ex ferro faltem tuta funt ; fed cum nunquam multum valuerint, potius cupro, utpote magis tonico, medici ufi funt. Omnia

Sec. q LioV among the provider

Omnia metalla caute adhibenda, eo quod vim ftimulantem pariter ac tonicam habent; cum vero metallica vires stimulantes ex falinis particulis, quibufcum junguntur, accipiant, si cuprum cum alkali caustico, seu cum falibus mediis, commisceremus, medicamento certe mitiori potiremur : Hujufmodi remedium est cuprum ammoniacum, cujus grana IX ter de die multum profuisse, Ruffel \* auctor eft. Vitriolum caeruleum dofibus exiguis interdum non fine commodo fuit adhibitum; et, siguidem aliquis cuprum ulterius tentare voluit, apud Van Swieten praeparata alia inveniet. De zinci floribus multum inter medicinae cultores difceptatur; a Gaubio celeberrimo plurimum laudantur; votibus aliorum vero haud quidem responderunt. Res est investigatione certe digna, et ulterius de horum virtute quaerere oportet. organ mitcharg aut

† Conjunctionem zinci cum cupro ammoniaco, quando per se neutrum responobimo aderet,

\* Diff. med. inaug. de cupro. † V. Duncan's Cafes p. 18. et feg.

deret, profuisse testatur Dr Odier Genevenfis, neque dofin alterutrius minuere necesse est. Metus ab auctoribus de epilepsia scribentibus inter remedia tonica annumeratur; sed cum applicatio sit difficilis, addi potest periculosa, ne ad terrorem, qui sedat, urgeatur, omnino praetermittendum putavi.

Lavatio frigida caute affumpta optimum remedium effe videtur; nam fibras mufeulares tendit et roborat, et nervis mobilitatem aufert. Neceffe vero fit ut plethora fit prius omnino amota; nam aqua frigida corporis fuperficiei applicata, vafa extrema confiringendo, vim circulationis adeo intendit, ut in plethorico epilepfiae praedifpofitionem habente paroxyfmum ipfum induceret. Spafmodicas etiam convulfiones incaute adhibita interdum affert; frigus igitur gradatim aegro applicari oportet, aqua, illi ante in balneum ingreffionem in caput parcius affufa, et corpore manibus madentibus perfricto,

V. Duscau's Cales p. 18. et feg.

De La ver inaug, de cupits :

De vegetabilibus aftringentibus perpauca quidem addenda reftant. Virtutes quas vifco quercino veterum credulitas tribuit, hodierna experientia negavit : Folia aurantiorum (fi De Haen utilia invenit) vires nunc dierum amififfe videntur. De cortice Peruviano, qui viribus cum tonicis tum aftringentibus gaudet, fatis (in pag. 42.) fupra dictum eft.

Quantum aegroto interfit ut caufas occafionales evitet, vix repetitione eget; a cibo et potu ftimulantibus, ab exercitatione immodica, a Venere, ab omni denique caufa quae fanguinis impetum augere poffit, fedulo abftineat.

Inter antispafmodica quibus mobilitati obviam itur, praecipua ab auctoribus laudata funt paeonia, valeriana, hyofciamus, ftrammonium, oleum animale, potus inebriantes, mofchus, aether, opium, et alia quorum plurima nunc, utpote inertia et inutilia, jure negliguntur.

effectibus valerianae dubitant. Cullenus no-

roff Med. Obfervat. and Eng. vol. 2. p. 458.

ster quidem valerianam prodesse se vidisse fatetur, sed nunquam nisi eodem tempore alvum purgaffet; ex evacuatione igitur, potius quam viribus medicamenti antispasmodicis, commodum acceptum fuisse existimat. Hyofciamus (cujus virtutes Stork fusius tradidit) operatione sua opium refert, modo alvum folutam linquit. Strammonium apud hiftorias ab academia fcientiarum Stockholmiensi multum laudatur. Ol. animale adeo servatu difficile est (aër enim admissus qualitates ejus corrumpit) ut rarius quam mereri videtur fuit tentatum; nam apud Germanos pro optimo remedio habetur. Potus inebriantes, eodem modo ac opium. agere videntur; fed raro, fortaffe nunquam, funt usurpandi. obviam itur, praecipita ab

Moschus, cum purus parari potest, multum prodest; sed, nisi majore copia datus, nihil agit. Æther etiam in plurimis affectionibus epilepticis auxilium attulit. Ab Hossimanno maximis laudibus effertur; accedunt etiam \* observationes quaedam de ejus \* Med. Observat. and Enq. vol. 2. p. 451.

ejus usu minime negligendae a Doctore Morris traditae.

Opium medicamentum est cujus virtutes certae, cujus vires omnibus notae; fed, quanquam in mentis affectionibus, in convultionibus, in fpafmis, potestates ejus diuturnus ufus monstravit; tamen haud pauci rem medicam agentes remedium minime tutum, faltem incertum, putarunt. Quandocunque morbus a mobilitate aut irritatione nimia oritur, opium ut tonicum et antispassimodicum tuto et commode adhiberi potest, fi prius plenitudo amoveatur. Justo diutius adhibitum debilitatem et irritabilitatem corporis adauget; igitur non nisi, jam adstante paroxysmo, dari oportet.

Breviter de medicamentis de industria tractatur; nam spes fanationis in hoc morbo a regimine et vitae consuetudine probe ordinatis, magis quam formulis, plerumque pendet:

Observandum tamen est, tantas esse consuetudinis vires, ut morbus post primam aggressionem

\* Celfus de Medicina, fib. 2. app. 6. 451.

aggreffionem femper fit facillime revocandus; etenim

"Mobilitate viget, viresque adquirit eundo." VIRG. Igitur cum alia remedia frustra funt tentata, ex victu, ex regione, ex vitae ratione omnino mutandis, spes medendi restat.

turnus ulus mooffravit; tamen haud pauci

Epilepfia fympathica ex tot et tam diversis causis oritur, ut in ea sananda praecipua difficultas est originem novisse; haec autem, percontatione strictim carptinque in vitam aegrotantis habita, et fignorum obfervatione, plerumque superabitur. Signa enim quae morbo primo sunt propria, et quae omni medico innotuere, fatis caufam oftendunt; cum fit, exempli gratia, gingivarum distensio in dentitione, aut cum a vermibus, lacte coagulato, fiimulove acrido in ventriculo seu intestinis producatur. In aliis vero exemplis exploratu vel peritiffimo medico difficillimum invenietur; quod Celfus igitur de alia re dixit, de hoc etiam recte dici poteft, \* ' Conjecturalem effe ar-' tem aggreffionem

\* Celfus de Medicina, lib. 2. cap. 6.

tem medicinam, rationemque conjecturae
talem effe, ut cum faepius aliquando refponderit, interdum tamen fallat.

Cum infantum convultiones a gingivarum earumve membranarum diftentione caufam habent, incifione, cum ab aciditate in primis viis, purgantibus mitioribus ex rheo et falibus lixiviis facpius repetitis, et praecipue magnefia alba, fanantur. In pueris autem, cum propter aetatem provectam paroxyfmi validiores funt, emetica lenia cum catharticis ex rheo, et post haec cinnabar. antimonii cum extracto cort. Peruv. ut ventriculus et tubus intestinalis post evacuationem roborentur, erunt neceffaria; fi convultiones fint violentae et frequentes, epispastica applicentur.

In omni denique fympathica epilepfia, fi aestimationem causae habemus, istis remediis quae figna postulant morbum solvere posfumus.

dicitur, adeft, paroxyfmo faepius occurritur

Cellas de Medicina, 1.b. 2. cau. 6.

ritur ligatura; cum vero hoc modo praevertitur, vires novas acquirit; V. Swieten enim exemplum memorat, in quo acceffio diu ligatura deferrebatur, tandem vero violentior facta, et cohibitionem recufans aegrum interemit. Cum fenfus frigoris ab eadem parte femper incipit, nervum urendo vel fecando, atque adeo communicationem cum cerebro interrumpendo, morbus faepiffime abigitur. que num cum cerebro interrumpendo, morbus taepiffime abigitur. que num cum cenetica

Haec vero hactenus. Quantum diftent a perfecto et abfoluto opere haec prima de re medica tentamina, fatis compertum habeo; nec me fallit, plurima calamo ni mis feftinante fuisse conferipta.

Si plus autem hujufmodi conatibus incubuillem, documenta praestantissima neglexisse, alibi frustra quaerenda, rem medicam in hac Academia docentium, fuisset necesse.

des Juvenis et Tyronis, nunc quidem nihil addere

addere poffunt; fed fi pofthac inter laudatos ipfe fuero annumeratus, tunc, propter beneficia accepta gratias agam, tunc quidem fateri juvabit, ' quod fpiro et placeo ' (fi placeo) illorum eft.'

FINIS.

U.A.M

R R U

Grand Paralities